

11
35

36.

37.

A
ha

38

39.

40.

41.

15.

OBSERVATIONES
IVRIS ECCLESIASTICI

ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS

AVCTORITATE

P R A E S I D E

D. DAVID GOTTFRIED AEGIDIO
W I L K E

P. P.

SERENISS. ELECT. SAXON. IN SVPREMO
LVSAT. INFER. REGIMINE CONSIL. BIVSDEMQUE
CVRIAEC PROVINCIALIS, CONSISTORII ECCLESIASTICI
LIPSIENSIS ET FACVLTATIS IVRIDICAE
ASSESSORE

D. VI. IVLII. A. O. R. C¹⁰CCLXXII.

H. L. Q. G.

P V B L I C E D E F E N D E T
IOANNES CHRISTIANVS HEFFTER
GOLSENA LVSATVS

LIPSIAE
EX OFFICINA LANGENHEMIA



OBSEVATIONES
IN HISTORIA BOTANICA

HISTORIE BOTANICAE ORDINIS

D. DAVID GOTTLIEB AMENIO
M. I. V.

SERMONES DE S. JACOBO AP. ET S. JACOBUS

DE S. JACOBIS AP. ET S. JACOBUS

OBSERV. I.

*Minister ecclesiae agros parochiales sine consensu
consistorii non potest elocare.*

Salaria ministrorum ecclesiae ut plurimum vel ex aerario ecclesiastico erogantur, vel a parochianis, partim intuitu fundi, quem possident, et ex fructibus inde prouenientibus, partim intuitu personae ipsius, cuius animae curam habent, exhibentur, vel denique fundos agrosque parochiales assignatos tenent, quibus vii frui pastores ecclesiae, et necessaria vitae subsidia inde sibi comparare queunt.

De hoc postremo redditum genere in Art. Generali XXVII. Decreto synodali §. *Insonderheit aber sollen die eingepfarrten Pfarrer etc.* pag. 346. Corp. I. Eccles. etc. atque in eod. Decreto repetitae praelectionis §. 69. p. 384. dispositum: parochianos omnes, qui iumentis sunt instruti, accepto modico stipendio, de quo nisi partes inter se conuenire possunt, Inspectores Ecclesiae, imo etiam, si opus, Consistoriorum arbitrabitur, ad agros parochiales colendos esse obstrictos. Quemadmodum vero hac ipsa saluberrima lege, nonnunquam parum sibi consultos sentirent ministri ecclesiae, dum innumerae lites, experientia teste, inde exortae, atque partim ex odio patroni ecclesiae, partim ex inimicitia parochianorum erga pastorem, ipsa cultura agrorum vel plane intermitteretur, vel non iusto tempore institueretur, quo ipso parocho vel maxima pars redditum, immo ipsa necessaria viuae subsidia subtraherentur. Ita sola locatio agrorum parochialium huic malo medelam dare poterat; nec quidquam illam impedire videbatur. Quis enim parocho vsumfructum in his bonis, ad ipsius sustentationem constitutis, denegare poterit? Etenim vsumfructuario rem alienam, et inhabitatori aedium, eas locare leges omnino permittunt. Ita enim in §. 5. Instit. de vsum et habitatione legitur: Quamquam habitationem habitibus, propter rerum utilitatem, secundum Marcelli sententiam nostra decisione promulgata permisimus non solum in ea degere, sed etiam aliis locare. Atque in l. 13. C. de vsumfructu, eandem in sententiam Imperator statuit: Cum antiquitas du-



bitabat, — vtrumne is cui habitatio legata esset, eandem locare posset, auctorum iurgium incidentes compendioso responso huiusmodi dubitationem refecamus. Et si quidem habitationem quis reliquerit, ad humaniorem declinare sententiam nobis visum est, et dare legatario etiam locationis licentiam. Quidni ergo de Clerico, cui iura prae aliis maxime fauent, idem sentiendum erit? Aliud prorsus praescribit Art. Generalis XXVIII. quippe qui omnem alienationem, permutationem, contractum emphyteuticarium, aut censiticum in bonis parochialibus prohibet, nisi in utilitatem parochi tendat, et decreatum summi principis accesserit. Licet enim locatio ipsum rei dominium in conductorem nequaquam transferat, tamen Carpzouius L. II. Ipd. consist. Tit. XIX. def. 304. recte obseruat, veteres entionis ac venditionis vocabulis promiscue vsos fuisse in locatione conductione, et locationem ad longum tempus, haberi pro venditione magis, quam pro simplici locatione. Quapropter b. DEYLINGIUS in Institutionibus Iurisprudentiae pastoralis pag. 250. demonstrat, iure Canonicco non ultra triennium, iure Saxonico non ultra sexennium extendendam esse locationem fundorum parochialium.

Nec abs re est, cum vsusfructus sit ius alienis rebus vtendi, fruendi salua rerum substantia in pr. Inst. de vsufructu. atque vsufructuaris regulariter cauere debeat: se vsurum re aliena boni viri arbitratus; pr. D. vsufructuaris quemadmodum caueat. talis satisdatio vero a Clerico non exigatur, sed administratio horum bonorum ipsius fidei relinquatur. Quapropter cum locatio fundorum parochialium aliam personam sistat, de cuius integritate Iudici ecclesiastico non constat, immo saepiuscule ipsi parochi avaritia, atque spe maioris lucri ex locatione prouenientis ducti, plura conductori concedant, quae ipsi permettere non poterant, et ex quo ipsa rei substantia minuitur vel aliquid detrimenti capit, nec salua atque integra manet, facile ex eo apparet quam necessaria sit hac in re cognitio Consistoriorum; nec eam vlo modo omittendam esse praeiudicio Consist. Lips. probat. I. et M. KVSTNERVS in notis ad b. DEYLINGII Ipd. pastoralem p. 249.

Mirandum tamen est parochos, vti quotidiana fere docet experientia, tam parum esse memorie huius sanctionis, quippe qui con-

fir-

5

firmationem contractus locationis conductionis, a Consistoriis petendam vel omnino negligunt, vel talem contractum consensu Superintendentis et Patroni celebratum, validum esse credunt, cum tamen his nulla iurisdictio neque in personas Clericorum neque bona parochialia competit.

OBSERV. II.

Conductor agrorum parochialium an Iurisdictioni ecclesiasticae subdit nec ne?

Quoniam locatio agrorum parochialium, non nisi accedente consensu Consistoriorum valida est, facile appareat, conductorem ratione contractus initi iurisdictioni ecclesiasticae subiectum, et ad forum contractus esse adstrictum. Sed quod ipsius personam atque familiam attinet, vtrum in causis personalibus coram iudicio ecclesiastico conueniri possit, indistincte affirmari non potest. Quod si conductor aedes parochiales inhabitat, eundem magistratum quem locus habet, agnoscere debet, nisi pacto aut longacuo vsu contrarium demonstrari possit. vid. I. et M. KVSTNERVS in notis ad b. DEYLINGI
Ipz. pastoralem pag. 184.

Sic etiam in causa seculari, conductor praedii Schriftsassici aliud forum nisi Regimen Electorale vel Curias prouinciales non agnoscit, et conductor praedii Amtsassici coram Praefecto, sicut ipse dominus et possessor fundi, est conueniens; quapropter in instrumentis contractus locationis conductionis, locatores ut plurimum cauent, ut conductores foro priuilegiato renuncient. Ita etiam in causis ecclesiasticis conductores agrorum parochialium propter inhabitationem aedium parochialium iurisdictionem consistoriorum recusare non possunt; est enim hic locus ita priuilegiatus, et ab omni iurisdictione seculari ita exemptus, ut ne minimum iurisdictionis actum in eo iudex secularis impune exercere queat. Et in eandem sententiam Consistorium Lipsiense superiore anno decreuit:

Nachdem nun bey der — Erklärung, dass er über den Pfarrer bei ne Gerichtsbarkeit, die ihm ohnehin so wenig, als über den Pfarrer Pachter

■ ■ ■

Pachter und andere im Pfarr-Gehöfste wohnende Personen gebühret, praezendire, bewendet etc.

Ast si conductor aedes clericales non inhabitat, in causis personalibus eorum iudice domicilii omnino est conuenientius; quod etiam idem Consist. Lipsiensis in praecedente causa agnouit his verbis:

Nachdem wir nun, in Unserer angeführten Verordnung den — die Gerichtsbarkeit über den Pfarr-Pachter, wenn solcher nicht im Pfarr-Gehöfste wohnt, sondern unter seiner Jurisdiction sein domicilium hat, keinesweges abgesprochen etc.

Et haec sententia, interposita appellatione a Regimine Electorali Dresdensi reiecta, confirmata est,

O B S E R V . III.

Famulitium Clericorum pertinet ad iurisdictionem Consistoriorum.

Vxorem et liberos Clericorum, forum mariti et patris priuilegium nancisci dubio caret; vid. MEVIVS Part. 3. decisi. 173. BOEHMER I. E. L. II. Tit. 2. §. 43. LINCK ad Tit. Decret. de foro competente §. 2. Sed quid de famulitio eorum sentendum, iuris interpres inter se minime conuenient.

Vlpianus quidem in l. 25. ff. §. 2. de aedilit. edicto ait: Familiae appellatione omnes, qui in seruitio sunt, continentur, etiam liberi homines, qui ei bona fide seruant; et in l. 1. §. 16. ff. de vi et vi armata, familiae appellatio seruos confinet; nihilominus tamen BOEHMERVS de foro competente th. 41. contrariam tuerit sententiam, quippe qui famulitium Clericorum potestati ciuili esse subiectum statuit. Quapropter iudices seculares tanti viri auctoritate moti, competentiam fori hisce in causis consistoriis denegandam esse existimant. Provocant ut plurimum ad Resolutiones grauaminum de annis 1653. et 1657. Tit. von Kirchen-Consistorial etc. und andern Sachen etc.

Die Consistoria und Superintendenzen sollen derer Sachen, so vor sie nicht gehören, sich äussern, und einen jeden bey seiner Befugnis bleiben lassen etc.

nec non ad Ordinat. Ecclesiasticae Tit. von Immunitatibus und Freyheiten derer Kirchen-Diener etc. §. und anfänglich etc. ex qua posteriori lege apparere contendunt, ministris ecclesiae exemptionem a foro seculari ideo esse concessam, ne in contemnum munera sacra vergat, si coram iudice seculari cum reliquis subditis conueniri, et si deliquerint, ibi puniri possent. Quod vero Clericis priuilegii instar indulmentum, cum vnum quodque priuilegium sit strictissimae interpretationis, ad alias personas, non exemptas, minime esse extendendum. Porro in Decreto Synodali de anno 1624. §. bey denen Schulen in Städten und Dörfern etc. pag. 341. sanctum esse, ne quidem ludimاغistros, custodes ecclesiarum, in munere ecclesiastico nondum confirmatos, exemptione fori gaudere, ex qua ipsa legis ratione colligeras esset, hoc priuilegium exemptionis esse personalissimum. Neque aliam tuerit sententiam b. DEYLINGVS in Institutionibus Iurisprudentiae pastoralis Cap. 3. de redditibus et immunitatibus Clericorum §. 32. E contra Consistorii Lipsiensis opinio saepius prodita, et praxi diutina confirmata est, quod famulitum clericorum magistrati ciuili subsit. Sed quae haec tenus dicta sunt, non obstant, quominus contraria sententia, famulitum Clericorum, ad iurisdictionem Consistoriorum omnino pertinere, vt pote legibus ipsis fundata, auctoritatibus Doctorum munita, et praeiudiciis Consistorii Lipsiensis, Rescriptis clementissimis confirmatis, approbata possit tueri. Quae supra ex iuris Romani legibus adduximus, maiorem vim consequuntur per verba l. 2. §. 4. C. de episcopis et clericis etc.

Omnibus Clericis huiusmodi praerogativa succurrat, vt et coniugia clericorum ac liberi eorum quoque, et ministeria, mares pariter et foeminae, eorumque etiam filii et filiae immunes semper ab huiusmodi muniberibus perseuerent.

Quare eandem etiam opinionem amplexi sunt MEVIVS Part. III. Decis. 173. et HERTIVS de transit. Priuileg. ad alios §. 21. quam quidem neque supra allegatae Resolutiones Grauaminum, Ordinatio Ecclesiastica, et decretum Synodale infringunt, quippe in quibus, Consistoriis potestas iuris dicendi super famulitio Clericorum nullatenus interdicta, multo magis intuitu familiae Clericorum stabilita, quod quidem,



quidem fieri, si forum Clericorum priuilegium esset ius personalissimum, et ad vxores et liberos extendi non potuisset. Obseruat etiam non solum BEYERVS in addit. ad Carpzouium Tit. 3. def. 6. in superiori Consistorio Dresdensi ita fuisse olim iudicatum, sed et subsequens ReScriptum recentius summi senatus Ecclesiastici Dresdensis ad Consistorium Lipsiense emissum, rem ipsam magis magisque confirmat.

Wir haben Uns etc. geziemend vortragen lassen, welchergestalt das Amt — des Pfarrers — Dienst-Knecht, wegen einer von diesem am 6. Iuli 1767. in daſgem Pfarr-Holze unternommenen Pfändung ei-ner daſelbſt in denen Lohden graſend, angetroffenen Weibes-Person, vor ſich zu laden, ſich überſtanden; und dieſe Sache, als ein Forſt-Verbrechen, unter Beziehung auf die in Forſt- und Jagd-Sachen, nebst den Oberforſtmäiſter habende Commissionem perpetuum, un-tersuchen zu wollen geäuſert, die Citation an den Pfarr-Dienst-Knecht — durch den Amts-Land-Knecht würcklich beſtellten und den Superintendenten zu — durch eben denſelben bloß mündliche Notifi-cation davon geben laſſen.

Wenn denn aber die von dem Beamten — angezogene Commisſio perpetua keinesweges mit auf die Pfarr-Hölzer zu extendiren, über-dies auch — und Wir folchennach über die vom Amte — hierbey unternommene widerrechtliche Anmaſſung einer Jurisdicſion über den mehrgedachten Pfarr-Dienst-Knecht, ein gerechtes Miſſfallen tragen;


Als ift hiermit Unser Begehrn, ihr wollet ſo fort, des Beamten — illegales und ungelüthrendes Verfahren in dieser lediglich der geiſtlichen Gerichtsbarkeit zufiehenden Sache, caſſiren, und vors künftige ihn, aller fernern Eingriffe in die Jurisdictionem Eccleſiaſticanam ſich ſorgfältig zu enthalten, ernſtlich und bey nahmhafter Strafe andeuten.

ULB Halle

005 361 834

3





Farbkarte #13

Centimetres	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20
Inches	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20
Blue																				
Cyan																				
Green																				
Yellow																				
Red																				
Magenta																				
White																				
Black																				

B.I.G.

C. J. num. 31.
1772, 42. 8

OBSERVATIONES
IVRIS ECCLESIASTICI
ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS
AVCTORITATE
P R A E S I D E
D. DAVID GOTTFRIED AEGIDIO
W I L K E

P. 34%
SERENISS. ELECT. SAXON. IN SVPREMO
LVSAT. INFER. REGIMINE CONSIL. BIVSDEMQUE
CVRIAEC PROVINCIALIS, CONSISTORII ECCLESIASTICI
LIPSIENSIS ET FACVLTATIS IVRIDICAE
ASSESSORE

D. VI. IVLII. A. O. R. C. 1772.

H. L. Q. C.

P V B L I C E D E F E N D E T
IOANNES CHRISTIANVS HEFFTER
GOLSENA LVSATVS

LIPSIAE
EX OFFICINA LANGENHEMIA

